



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 73. Pretiosa mors Sancti Camilli de Lellis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

de conjecturis ultimarum voluntatum, quod Sæc. XVII.
 quinque annorum opus fane absolutif- A. C. 1614.
 simum est, eoque nullum aliud in per-
 difficili hoc argumento exactius scri-
 ptum reperitur, Reliquit etiam poste-
 ris suas *lucubrationes Vaticanas*, seu vi-
 ginti septem libros *de tacitis & ambiguis*
conventionibus, præter *decisiones Romanæ*
Rotæ: Haud tamen dissimulandum,
 quod liber primus suarum lucubratio-
 num longe acuratiores reliquis, & po-
 stiores viginti sex, quamvis utiles,
 curisque secundis elaborati, cum primo
 tamen collati multum remittant de pre-
 tio atque existimatione.

§. LXXIV.

*Pretiosa mors Sancti Camilli de
Lellii.*

Hoc item anno die decima quarta Ju- *Rossi vita'*
 lii Romæ animam suam hora, qua *Camill. Mi-*
 prædixerat, Deo reddidit fidelis servus *ræus Script.*
 Camillus Lellius, Bocchiniaci in Re- *Sæc. XVII.*
 gno Neapolitano ac Diæcesi Theatensi
 die vigesima quinta Maij natus, qui
 adolescens profanæ militiæ adscriptus,
 sæculi vitiis aliquamdiu indulfit, tan-
 dem vero ad meliorem frugem revoca-
 tus, ac S. Philippi Nerei in Christi scho-
 la discipulus Romæ ægrotis paterna vere
 sollicitudine inserviit, atque in perpe-
 tuum

Hist. Eccles. Tom. LV.

B b

tuum

Sæc. XVII. tuum eorum levamen Congregationem
A. C. 1614. Regularium infirmis Ministrantium in-
 stituit, Sodalibus quarto adstrictis voto
 infirmis etiam peste affectis ministrandi,
 quod arduum charitatis obsequium ipsius
 Romæ & Nolæ in Campania contagio-
 so morbo laborantibus hilari prompto-
 que animo exhibuit, donec variis di-
 vinæ gratiæ donis locupletatus, ac vir-
 tutibus, prodigiisque clarus in cælum
 migraret, annos natus sexaginta qua-
 tuor. Porro novam hanc Congrega-
 tionem Gregorius XIII. ratam habuit,
 ac demum anno Christi millesimo quin-
 gentesimo octogesimo sexto pluribus
 auctam privilegiis Sixtus V. diplomate
 Apostolico confirmavit: ejus vero Fun-
 datorem Benedictus XIV. Sanctorum
 fastis adscripsit.

§. LXXV.

*Jacobus I. Angliæ Rex in Mariam
 Stuartam Matrem suam pins.*

*Rapin Thoi-
 ras Hist.
 d' Angl. l. 18.
 Calmet Hist.
 Univ. l. 152.
 Wilson.
 pag. 61.*

Cum Jacobus I. Angliæ Rex ex judi-
 cii actis totaque rei gestæ serie pro-
 be cognosceret, quod sola Religio Ca-
 tholica Mariæ Stuartæ Matri suæ pro-
 crimine imposita fuerit, atque unica
 mortis propudiosæ causa exstiterit Eli-
 sabethæ Reginæ ambitio, ac diadema-
 tis amittendi formido, hinc Matris suæ
 hono-